

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Diuicie an  
cum fonte primo

Insidie sunt in diuiciarum amplitudine,  
insidie in paupertatis angustiis;  
ille eleuant ad superbiam, hec incitant ad querelam.  
Temptat sanitas, temptat infirmitas,  
et illa materia est negligencie  
et hec causa tristicie.  
Laqueus est in securitate, laqueus in timore,  
nec interest utrum animus qui terreno tenetur affectu  
gaudiis occupetur an curis,  
cum par morbus sit uel sub uana delectatione languere  
uel sub anxia sollicitudine laborare.

Leo papa in sermone.

Insidiae sunt in diuitiarum amplitudine,  
insidiae in paupertatis angustiis.  
Illae eleuant ad superbiam, haec incitant ad querelam.  
Temptat sanitas, temptat infirmitas,  
dum et illa materia est negligentiae,  
et haec causa tristitiae.  
Laqueus est in securitate, laqueus in timore,  
nec interest utrum animus, qui terreno tenetur affectu,  
gaudiis occupetur an curis,  
cum par morbus sit uel sub uana delectatione languere,  
uel sub anxia sollicitudine laborare.

Leo Magnus, *Tractatus septem et nonaginta*, 49.1  
(CCSL 138A, A. Chavasse ed., pp.285-6, ll.18-25).